



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu  
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione  
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ  
Luci Datus**

**Widl, Adam**

**Monachij**

§. II. Resipiscentia & satisfactio Adalberônis, Ingens miraculum à D.  
Sebastiano Eberspergæ in Udalrico filio patratum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37233**

124 *Resipiscencia Adalberonis: Ingens D.*  
ter, iusto DEI iudicio plecteretur:  
quare, si me audis, & saluum filium  
tuum, unice dilectum cupis, uti &  
te ipsum, redde, obsecro, DEO,  
quod DEI est, ut retineas, quod  
tuum est: age, quod agis, Adal-  
bero, restituto Ahaimensi vico, sa-  
lutē contabescentis filii, tuam verò  
pacem, quietem, & conscientiam  
redime: Sanctè tibi polliceor, Pa-  
tronum D. Sebastianum senties,  
filium verò tuum certò lucraberis.  
Et hæc quidem Wilibirgis oratio  
erat, quam veram fuisse luculentè  
Miraculi fides ostendit.

§. II.

RESIPISCENTIA ET SA-  
TISFACTIO ADALBERONIS,  
INGENS MIRACULUM A D. SE-  
BASTIANO EBERSPERGÆ IN  
UDALRICO FILIO PA-  
TRATUM.

**H**Abent hoc boni animi, qui ex-  
rore magis, quàm pravitate  
indu-

*Sebast. Eberß. in Udalri. filio miracu: 128*

inducti quandoque peccant, ut sce-  
lus suum non pertinaciter, nec diu  
ament, sed eo cognito citò resipi-  
scant. Hos inter Adálbero nume-  
retur, qui monitricem Sororem non  
aspernatus facti mox pænitens, stre-  
nuè, quæ ipsa fieri iusserat, præsti-  
tit. Primum erat, meliorem men-  
tem induere, & templo de abstra-  
cto Vico satisfacere, alterum sin-  
gulari dono præteritam injuriam  
emendare. Subinde Superos jam  
meliores experturus Adálbero cha-  
rum pignus Udalricum filiolum  
pater ipse propriis manibus in tem-  
plum deportat, aræ D. Sebastiani  
imponit, & caput dulcis pusionis  
secundo triginta aureorum mu-  
nere redimit, insuper vover, si filius  
pristinæ formæ & sanitati ope Divi  
restituatur, se auctorem futurum, ut  
Sebastianus in solenni Dedicatione  
templi in primarium Ecclesiæ & to-  
tius Semptanæ Familiæ Patronum  
eligatur, præterea in debitam gra-  
tia.

*Primum  
Miraculum  
S. Sebastiani  
Ebersperga.*

tiarum actionem illud triginta An  
reorum pensum singulis annis, quo  
ad viveret, novâ semper largitione  
repetiturum. Tum verò videtur  
fuit jucundum imprimis & illustre  
Miraculum, ac verè magnum, quod  
Divi Sebastiani ope, si non pri  
mum, certè præ reliquis memorabi  
bile Eberspergæ patratum est. De  
bebat fortè templum Divo Indige  
ab Eberhardo Comite excitatum  
prodigiis priùs è Cælo dedicati  
quàm cunctante, uti supra dictum  
est, Episcopo solennibus Ecclesiasti  
cæ ritibus ac Cærimoniis illud conse  
craretur in terris. Verùm quibus  
moror impertitæ sanitatis enarra  
tionem? Rediêre ad pium votum  
abstersâ molestâ tabe illico ægra  
filiolo vires, sensim etiam vernaculæ  
amabilis rursus forma cœpit, ting  
genæ amœnâ & verecundâ purpur  
râ, frons explicari, redire color  
succus in totum corpus. Quam  
id solatio mœsti patris & confan  
guinea

guinez domûs lætitiâ acciderit, pe-  
nès Lectorem iudicium esto, qui  
non ignorat, magna quandóque  
gaudia faciliùs cogitari, quàm scri-  
bi. Illud omninò certum, Udal-  
ricum ab eo tempore magnis ani-  
mi, corporisque dotibus, ingenij  
& indolis ornamentis úsque adeò  
effloruisse, ut reliquos fratres pace  
& bello, consilio & manu, virtute  
& felicitate multum antecelluerit.

Hoc porrò tam insigni miraculo  
DEUS ter Opt. Max. nisi fallor, te-  
statum omnibus esse voluit, quàm  
gratum sibi obsequium Eberhardi,  
de quo paulò antè memini, fuerit,  
qui novum divino cultui templum  
extruxerat eo in loco, cui tot vatum  
præfagia, ac divinæ voluntatis te-  
stimoniâ prolusère. Hinc ansam  
& æstimationem pij sumant pere-  
grini oportet, qui hortarico Reli-  
gione, comite pietate, quotannis  
explicatis signis, volantibus vexillis,  
accensis cereis propitium hîc loci

I            Seba-

Sebastianum invisunt, credantur  
 non gratis abs se Divum illum  
 quin ultrò in vota miserorum,  
 quis maximè temporibus, cum  
 bi gliscunt, beneficis Sanctus  
 affectu, toties demonstrato,  
 pendeat.

## §. III.

OBITUS ADALBERO  
 NIS I. EIUSQUE SORORIS  
 WILIBIRGIS. ET CONJUGIS  
 LEUCKARDIS.

*Mors Adal-  
 beronis, Leu-  
 ckardis &  
 Wilibirgi.*

**A**Nnus à Christo nato agebat  
 Nongentesimus Sexagesimus  
 Nonus, funestus ille, & multis  
 ptensum fatalis: obiit quippe  
 em suum Adalbero I. Familiae  
 put tertio Idus Septembris die  
 Protho & Hyacintho sacrâ, vir  
 niorem apud posteros famam  
 riturus, nisi avaritiâ aliquant  
 corruptus, rei familiaris augm  
 studiosior fuisset, quam divina